

quos in mauritania cōfinio diximus. pars quaedā æthiopum locustis tantum trivuit fumo & sale duratis in annua alimenta inquadagesimum vitæ annum nō excedunt. Aethiopum terrā uniuersam cum mari rubro patere in lōgitudinem semel & uicies. lxx. mil. pas. In latitudinē cū superiore ægypto duodecies. xcvii. M. Agrippa existimauit. Quidā lōgitudinē ita diuiserunt. A meroe sibirum. xv. dierum nauigatione. Ab ea. xii. ad dabellos. ab iis ad oceanū æthiopicum. vi. dierū iter. In totū enim ab oceāo ad meroen. d. cc. mil. xxv. mil. pas. esse inter auctores fere cōuenit. inde syenem quantū diximus. Sita est æthiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine siluæ hebeno maxime uident meridiana eius parte in mēs mari mōs excelsus æternis ardet ignibus æonocoma dictus a quo nauigatio quatridui ad p̄mōtorium qd̄ hesperionceras uocatur cōfine africa iuxta æthiopas & hesperios. Quidā & in eo tractu modicos colles amœna opacitate uestitos ægypanum satyrorūq; produunt.

Insulæ ethiopici maris. Capi. xxxi.

Insulas toto eo mari & Euphorus cōplures esse tradit & Eudoxus & Thimosthenes. Clitarchus uero alexandro regi renuntiatam adeo diuitem: ut equos incolæ talentis auri permittarent. Alteram ubi facer mōs opacus silua repertus esset distillantibus arboribus odore miræ suauitatis. Cōtra sinum persicū cernen nominatur insula aduersa æthiopiæ: cuius neq; magnitudo neq; interuallū a cōtinente cōstat. Aethiopia tantū populos habere tradit. Euporus auctor est a rubro mari nauigantes in eam nō posse p̄pter ardores ultra quasdā colūnas ita appellantur paruæ insule p̄uehi. polybius in extrema mauritania cōtra mōtem altantem a terra stadia. viii. abesse prodidit cernen. Nepos Cor. ex aduerso maxime carthaginis a cōtinente. pas. mil. nō ampliorem circuitū. ii. mil. Traditur. & alia insula cōtra mōtem atlantē. & ipsa atlantis appellata. ab ea quinq; dierum nauigatione solitudines ad æthiopas hesperios: & p̄mōtorium qd̄ uocamus hesperionceras. inde primum cicū agente se terrarū fronte in occasum ac mare atlanticū. Cōtra hoc quoq; p̄mōtorum gorgones insulæ narrātur. Gorgonū quōdam domus bidui nauigatione distantes a cōtinente ut tradit Xenophō Lāsfacenus. Penetrauit i eas. Hāno p̄cenoꝝ impator. prodiditq; hirta scēminarū corpora uiros pernicitate euasisse. Duarūq; gorgonū cutes argumēti & miraculi gratia i lunonis tēplo posuit spectatas usq; ad carthaginē captā. Ultra has etiānum duæ hesperides insulæ narrant. A deoq; omnia circa hæc incerta sunt: ut Staius Sebolus a gorgonū insulis p̄ nauigatiōe atlantis dierū. xl. ad hesperidū insulas cursum prodiderit: ab iis ad hesperionceras unius. Nec mauritaniæ insularū cercior fama est. paucas mō costat ex aduerso autologum a iuba repertas: in quibus getulicam purpuram tingere instituerat.

De fortunatis insulis. Capi. xxxii

Sunt qui ultra eas fortunatas putant esse quasdā & alias: quæ numero idē Sebosus etiā spacia cōplexus iunoniam abesse a gadibus. d. ccl. mil. pas. tradit. Ab ea tantūdem ad occasum uersus pluuiariā caprariāq; in pluuiaria. nō esse aquā nisi ex hymbribus. Ab iis. ccl. mil. pas. Fortunatas cōtra leuā mauritaniæ. viii. mil. pas. Orā solis uocari in cōualle a cōnexitate & planaria a specie cōuallis: circuitu. ccc. mil. pas. Arborū ibi p̄centatē ad centum quatragesimā quatuor pedes adolēscere. iuba de fortunatis ita inq̄uit: ut sub meridiē positas esse p̄pe occasū a purpurariis. d. ccxxv. mil. pas. sicut. ccl. supra occasum nauigēt. Deinde p̄. ccc. lxxv. mil. pas. ortus. petatur. primā uocari ombriō nullis ædificoꝝ uestigiis: habere in mōtibus stagnū: arbores similes ferulæ: ex quibus aqua exprimat̄ ex nigris armara: ex candidioribus potui iucunda. alterā insulam iunoniā apellari: in ea ædificulam esse tantū lapide extructam. Ab ea in uicino eodem nomine minorem. deinde caprariam lacertis grandibus. refertam. in cōspectu earum esse niguariam: quæ hoc nomen accepit a perpetua niue nebuloſam. proximā ei canariam uocari a multitudine canum ingentis magnitudinis. Ex quibus perducti sunt a iuba duo: qui apparent ibi uestigia ædificiorum. Cum autem copia oēs pomorum & auium omnis generis abundant: hanc & palmetis carioras ferentibus ac nuce pinea abundare. Essē copiam quoq; mellis. papyrū quoq; & siluros in amnibus gigni. infestari eas beluis quæ expellantur assidue putrescentibus. At abunde orbe terrarum extra intra indicato collecta in arstum mensura æquior uidetur.

Niuariā

Terræ per mensuras computatæ digestio. Capi. xxxiii.

Polybius a gaditano freto lōgitudine directo cursu ad os mœotis. xxxiiii. xxxvii. m. d. pas. prodidit. Ab eodē initio ad oriētē recto cursu siciliā duodecies. lx. mil. d. pas. Crætā. ccclxxv. pas. Rhodum. clxxvi. d. pas. chelidonias tantūdem. Cyprū. cccxxv. pas. Inde syriæ seleuciā pieriā. cxv. pas. Quæ cōputatio efficit uicies ter. xl. mil. passus. agrippa. hoc idē inter uallum a freto gaditano ad sinū persicum p̄ longitudinē directam. xxxiiii. xl. mil. pas. taxat. in quo haud scio an sit error numeri: quoniam idem a siculo freto alexandriam cursus. xii. l. mil. pas. tradidit. Vniuersus autem circuitus per sinus dictos ab eodē exordio colligit itra mœotin lacū. clvi. mil. pas. artemidorus adicit. d. cclvi. mil. Idem cum mœotide. clxxiii. xc. pas. esse tradit. Hæc est mensura inermium & pacata aut datia fortunam prouocantium hominum. Nunc ipsarum partium magnitudo comparatur utcumq;